







6

1721,6

FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS

JOH. HENRICH

*Meier* / JCTUS.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIUS,  
PROVINCIALIS JUDICII ASSESSOR PRIMARIUS, DE-  
CRETAL. PROF. PUBL. NEC NON UNIVERSITAT.  
ET FACULT. JURID. SENIOR,

L. B. S. & O.

---

ERFORDIÆ,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.





FACULTATIS JURIDICÆ  
DECANUS

JOH. HENRICH

DOCTOR

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIS  
PROVINCIALIS JURISCONSULTI  
CENSURÆ PUBLICÆ ET UNIVERSITATIS  
ET FACULT. JURISCONSULTOR.

L. R. E. S. O.

THE GERMANY, AND THE  
OF EUROPE







Ausas, quarum consideratione alii perhorrescunt, alii plane execrantur lites, benè multas cumulavit Argentraeus *ad Consuetud. Burgund. art. 486. Gl. 1. n. 1.* istis student Calumniatores; horum in abstracto ut & verbum calumniari complectitur omnem ingenii malitiam; quorsum innuit etiam Cicero de republ. II. ubi Corneadem vocat calumniatorem, quòd optimas causas ingenii calumniâ ludificari soleret. Est igitur calumnia Latinis idem quod Græcis *καλῦνία*; proprie autem denotat fraudes tam actorum, quam defensorum; & huc collimat Iustus Paulus *lib. sent. 1. cap. 5.* cum calumniosum dicit, qui sciens prudensque negotium cuidam facessit: Exempla continentur in *l. 46. de petit. hered. § l. 3. §. 1. ut in poss. legator.* Ad hos spectavit quondam obsoleta CALUMNIÆ ACTIO, cujus meminit Imperator in *§. 1. circa fin. Inst. de pæn. tem. lit.* quâ tales improbi litigatores decimâ litis parte multabantur, reo, litis victori, adjudicandâ. Hisce, dolo & fraude agentibus, in specie distinguntur TEMERARII LITIGATORES, qui magis culpâ, quàm fraude alios lite vexant,



& haut minùs illis evitare possunt tam calumniæ juramenti, si sec. Canonicam sanctionem exigatur, præstationem, quàm expensarum refusionem: Quippe hæc litigandi temeritas non semper dijudicanda ex litis eventu & succumbentiâ, sed potius ex causâ litigandi impulsivâ; non rarò enim in judiciis evenit, ut victus abeat, qui optimo jure nititur; quamobrem sententias inter casus fortuitos quidam referunt: Nequaquam igitur verecunda ejus cogitatio, qui lites execratur, viruperanda est *l. 4. §. 1. ff. de alienat. judic. mutand. caus. fact.* Sunt ergo temerarii litigatores, qui sine probabili causâ litigant; etenim absque temeritate commissâ cessare debet condemnatio expensarum *l. 79. pr. ff. de judic.* à quâ itaque absolvit facti obscuritas; facile enim litigantes ejusdem circumstantiæ latere possunt; vel ambigua & varia legis interpretatio quem inducit: Quis igitur sit temerarius litigator, generali determinari nequit descriptione, ideoque arbitrio judicis id committi oportet, *arg. l. 1. §. ult. ff. de jur. deliber.* Quò autem judex in condemnando rationem habeat expensarum, implorari debet, judiciali observantiâ sic suadente, ejus officium nobile, *Gail. 1. obs. 151. n. 1.* Secùs hoc ab arbitrio ejus dependet *l. 13. §. 6. Cod. de Judici.* Sin verò ob evidentem temeritatem expensas præteriverit, potest idcirco ipse conveniri judex *d. l. 3. §. 6. in fin.* Appellatio quoque hoc nomine superest, non tamen indistinctè, sed prout acutè determinat Perez *ad tit. Cod. quando provocare neces. non est. n. 6.* Veruntamen dantur casus, in quibus Judex superfedere solet condemnatione expensarum, *l. fin. Cod. de fructib. & lit. expens.* nimirum, si I. condemnatus instructus  
fit



fit celebrioris Jcti, pro justitiâ suæ causæ, consilio, quod in foro solet quidem observari, eo tamen nulla judici injungitur observandi necessitas; II. immunis quoque hic habetur Fiscus. *l. ult. Cod. de fruct. & lit. exp. uti &* III. Episcopus, *Novel. 123. Cap. 21.* quibus IV. annumeramus etiam depauperatos per *Novel. 17. cap. 3.* atque V. Hospitalium & nosocomiorum administratores, qui, ut loquitur ad *cit. l. 79. ff. de judic.* Mornacius, implacabiliter expensas auferunt, nec victi unquam eas refundunt. Quid tandem hic veniat nomine expensarum abundè explicabit ad *dict. l. 79. ff. de judic. & ubi quis ager. vel conven. debeat*

*Nobilissimus atque Clarissimus Dominus*

JOHANNES CHRISTIANUS

Gerstenberg/

Hicce ut de ejus ortu, vitæ progressu ac conditione præfenti in publicum, pro more, constet, agnoscit iste originem ex celebri Gerstenbiorum Familiâ, quippe in lucem editus Numburgi Anno MDCXC die vigesimo sexto Januarii, Patre, Clariss. Dn. CHRISTIANO CASPARO Gerstenberg, olim Consule apud Numburgenses meritisimo, nuper abhinc decimo octavo mensis Augusti defuncto, natus, de Descendentibus beati Dn. MARCI Gerstenberg, Cancellarii primùm Hofsteinensis, postmodum Saxonici Vinariensis, Torgaviensis, Altenburgensis, ac tandem Serenissimorum Electorum Saxonie Consilarii intimi & Jcti longè Celeberrimi; Matre vero SUSANNA, Dn. LIBORII ARNOLDI, quondam Præfeti Præfecturæ, quæ Lu-

X 3

zenæ



zenæ fundata est, Filiâ, pietate & virtute sexui foemino convenienti, dum viveret, inelytâ, quæ admodum maturè, anno nimirum MDCXIII. die Martii secundo mortem obiit. Parentis superstitis non minima fuit cura, Filium hunc suum non modò verâ pietate imbui, sed & liberalium artium ac humaniorum literarum elementis instructum iri; quapropter à teneris statim privatos inter parietes Præceptores natuse est fidelissimos, quos inter præprimis iste nominat Virum de se benè meritum, Dn. PFODENHAUERUM. Postmodum è laribus paternis Schola Portensis prope Numburgum. Ipsummet suscepit, & per sex integros annos, humaniores literas, Latinam atque Græcam linguam, nec non disciplinas, quas vocant instrumentales, eundem perdocuit, usque dum anno MDCCIX. jussu beati Parentis fundamentis scholasticis apprime instructus in vicinam Academiam Salanam, quæ Jenæ floret, sese contulit; ubi in Philosophicis Dn. RUSSIIUM & BEYERUM auscultavit, & publica Collegia Virorum Magnific. & famigeratiss. Jctorum, de Justitiâ & academicâ Juventute optimè meritorum Dnn. WILDVOGELII, BRUCKNERI & FRISII, Fautores nostros suscipiendos, privatasq; lectiones Dn. D. SCHROEDERI & BECKII; frequentavit, neq; historiarum studium neglexit, in eoque solida Celeberrimi Dn. Prof. D. STRUVII informatione usus est. Verùm anno MDCCXII. dereliquit Jenam & inelytam Academiam Hallensem visitavit, ibique per duos annos, haut sine insigni studiorum incremento, ab ore optimorum Regionum Profess. Publ. DD. THOMASII, BOEHMERI, BODINI & GUNDLIN.

GII



GII pependit. Hisce præfidiis academicis haut pa-  
rum munitus, in forum contentiosum prodire, ani-  
mum induxit, atque Plaviæ Anno MDCC XIV.  
Praxin forenses aggressus est manu ductione Advoca-  
ti, tunc temporis famigeratissimi, Dn. D. JOHAN-  
NIS ADAMI ZOERNERI, qui & Nobilitate & Nomi-  
ne ornatus salutatur à SIEGESHEIM, Hæreditarius  
in Rhoda, atque Consiliarius Cæsareus. Postmo-  
dum Dn. MAURITIUS WILHELMUS, Serenissimus  
Saxonix Dux, singulari gratiâ Candidatum hunc  
Advocatum Ordinarium Præfeturarum, quæ ordi-  
natæ sunt Weidæ, Neostadii & Mildensfurthii decla-  
rari mandavit ergo Ronneburgum, Urbem istis præfe-  
cturis, propè vicinam selegit, pedemque sibi ibi-  
dem figere constituit, atque praxin successu haut infeli-  
ci continuavit. Quamobrem Anno MDCC XVIII.  
die decimo quarto Februarii in numerum Advocato-  
rum ordinariorum Illustris Regiminis Weidaviensis  
adoptatus & simul ipsi officium Actuarius Præfetu-  
ræ Mildensfurtensis demandatum est. Cum autem Pro-  
vinciæ Ducis MAURITII WILHELMI beatissimæ  
memoriæ, Potentiss. Regi Poloniæ & Electori Saxonix  
Sereniss. Dn. FRIDERICO AUGUSTO traderentur,  
iteratâ vice eodem anno die 21. Novembris juramen-  
tum, Advocatis in Electoratu patrociniis clientibus  
suppeditantibus injunctum, præstitit, & sic in foro tam  
Electoralis, quam Ducali Saxonico Praxis incrementa  
fecit gratissima. Tot tantisque exantlatis laboribus  
non omnino ipsi æquum visum est, debitum eorum  
reportare præmium; Se igitur ad nos convertit at-  
que Examen Candidatorum, ut vocant rigorosum, ef-  
flagi-



873

flagitavit; petenti annuit Facultas, eique explanandos  
ex utroque Jure, Canonico & Civili textus assignavit;  
atque tam eosdem solidè interpretando, quàm ad pro-  
posita dubia & quæstiones doctè respondendo album  
obtinuit calculum, quòd non modò in numerum Can-  
didatorum sit assumtus; verùm etiam omnium votis  
admissus ad publica habenda specimina, nimirum ad  
Curforiam Lectionem super *L. 79 ff. de judic. & ubi quis  
ager. & convenir. deb. & Inauguralem Disputationem*  
**DE EO, QVOD JUSTUM EST CIRCA LIBERA-  
TIONEM INQVISITI A SUMPTIBUS PROCES-  
SUS.** Hisce solennibus actibus, quos Dn. Candidatus 9.  
Septemb. MDCCXXI. in Audit. Jurid. Colleg. major.  
horis consuet. auspicabitur, ut Magnif. Dn. Pro-Re-  
ctor, Univerf. Proceres & Jurispr. Cultores interesse  
velint, officiosè & amicè invitantur, rogantur. Pub-  
licatam sub Sigill. Jurid. Facult. Domin. XIII. prædi-  
cti anni.





ErFuet, Diss., 1721/22

ULB Halle

3

001 585 339



56


VD18











B.I.G.

Farbkarte #13

1721,6

6

TATIS JURIDICÆ  
DECANUS

**HENRICH**

ier / **JCTUS.**

S REGIMINIS CONSILIARIUS,  
JUDICII ASSESSOR PRIMARIUS, DE-  
F. PUBL. NEC NON UNIVERSITAT.  
ACULT. JURID. SENIOR,  
L. B. S. & O.

---

ERFORDIÆ,  
ROSCHIANIS, Acad. Typogr.

